

Johann Ernst Schaper

**Johannes Ernestus Schaperus. Med. Doctor Eius[ue] Prof. Ducal. Publ.
Florentissimae Studiosorum Coronae Quam in deliciis habet, S. P. D.
Eandemq[ue] ad Lectiones Privatas Physicas & Anatomicas Curiosas peramanter
invitat : [die 18. Septembr. Ao. M. DC. XCIX.]**

[Rostochii]: [Wepplingius], [ca. 1698]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730126668>

Druck Freier  Zugang



R.U. med 1688.
Johann Ernst Schaper.

JOHANNES ERNESTUS
SCHAPERUS.
MED. DOCTOR. EJUSq; PROF. DUCAL. PUBL:
FLORENTISSIMÆ STUDIO:
SORUM CORONÆ

Qvam indelicis habet,

S. P. D.

Eandemq; ad Lectiones Privatas

Physicas & Anatomicas Curiosas
per amanter, invitat.



R. 11. 1688.



B.C.D.



Irca Res naturales
earumq; effecta occu-
pari, qvæ sæpè prodigiosa sunt, ut
utilis, sic jucundus insimul labor
est, usque adeò, ut quò magis in
Physicis occupamur, eò major
periclitandi excitetur imprimis
ingeniosis ardor. Eo ipso autem non semper æqua-
lis in perscrutando succedit felicitas, eàdem cum non
utantur methodo, sed aliis cum sola placet ratioci-
natio & qui argumentis nonnisi rem probare lata-
gunt

gunt , aut sœpè falluntur, aut planè succumbunt, nunquam enim id absolvunt , an adducta ratio licet probabilis videatur & ad palatum esse, cum experientia conveniat § Se m per enim metus non inanis relinquitur, ne experientia afferat contrarium. Hic ut- avertatur & scientiæ naturalis Amatoribus sinceris ex alle fatisfiat, in solâ non subsistendum est Theoria, sed rebus in Physicis jungenda venit Praxis, h. e. sunt instituenda experimenta, qvibus ratiocinia si vera fu- erint, confirmari, aut si falsa, vel corrigi, vel rejici pos- sint. Adde, quod iis ad perscrutandum magis exci- tentur, (id quod jam sua ætate cognovit Horatius libr. de arte Poët. p. 409.

*Segnius irritant animos demissa per aurem,
Qram quæ oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.)*

& hominum animi ad stuporem redacti incantamen- to quasi flecti possint; nihil dum hac ratione juvat aut contradicendi aut negandi Studium , sed si mil- le scholarum argumenta fuerint, unico experimento de ponte dejiciuntur. Idem quippe in tali Philosophandi methodo obtinet, quod jolim Regiomonti in Bo- russia accidisse referunt, ubi Præfidi cuidam metallo- rum transmutationis possibilitatem constantissime

vel præter rationē neganti per Helmontii argumentū
h.e. per furnulum acceptum & carbones inflatos à Che-
mico qvodā possiblitas experimento publicè demon-
strabatur cum exclamacione *bunc Domine Praes solve*
Syllogismum! Hinc FRANCISCUS BACO de VE-
RULAMIO quondam Angliæ Cancellarius circa
Physicam experimentalē tunc temporis augendam
occupatus, jam sua ætate eos laude non levimaculavit,
qui ingenia nec in admirationem antiquitatis, nec in
amorem & amplexum novitatis effusa, sed modum
tenentia habent, sicq; nec quæ ab Antiquis re-
ctè posita convellunt, nec quæ à Novis oblata vel
quæ afferuntur contemnunt. Hac commendata igi-
tur Philosophandi methodo TORRICELLIO, GUE-
RIKIO, BOYLEO STURMIO aliisque Celeber-
rimis Physicis non tantum multa debemus, sed &
admiranda naturæ phœnomena & novimus & ex-
plicare haud ita difficile est, Ut hodiè non sola
sufficiat ingeniosis admiratio, qvam olim Jndi ad
tripodes ambulantes & Pincernas aureos convivis
ministrantes habebant, aut qvæ ad Dædali Vene-
rem ligneam viventis ad instar obambulantem ex-
citari poterat, sed multis adjumentis ex voto in-

structi

structi altius jam pergunt, & qvæ rationibus conceperunt, experimentis ut lapidi lydio probanda offerunt. Multa hinc jam certissima constant, qvæ in rebus Physicis antea aut dubia, aut falsa, aut inaccessa judicabantur, nec qvicquam facile est, qvod hodiè non explicari possit, modo mentis accuratâ trutinâ Ratione experimentis adiutâ librentur, qvæ explicari debent.

Qvæ cum ita sint, & Vestros COMMILITONES OPTIMI, Oculos animosqve hacce experimentali Philosophiâ recreare possim, omne cum punctum absolvat, utile dum mistum jucundo, eundem, qvem in hâc Almâ industria & utili curiositate Auditorum excitatus sæpius suscepit, laborem suscipere animus est, Vobisqve *Collegium experientiale & Curiosum Physicum* privatim habendum aperio; Machinam in eo producturus, qvâ aërem exantlando viventibus vitam, sonoris sonitum, Lucentibus lucem, & flagrantissimis ac summe inflamabilibus omnem vim & adimere & prolubitu restituere valeo. Desideratis nomen? Cum prolixo & sumptuoso apparatu Antlia pneumatica est. Et qvæ *Antlia* non perficiuntur, ea tum *microscopii*

pia, tum *Lucerna Megalographica*, quam vulgo Ma-
gicam vocant, tum *Camera obscura*, tum *specula ustoria*
& *convexa* & *concava*, & qvæ nonnisi per Aquam ope-
rantur, ac alia qvæ ex Opticis aliisque Mechanici
fluunt, jucundo spectaculo sistent; Ut sic ni-
hil prætermitti debeat, qvod utili curiositati Audi-
torum satisfacere poscit. Circa AEREM sic ejus
gravitatem, Compressibilitatem, vim elasticam, &
inde toriunda tum circa respirationem, tum circa
alia curiosa phænomena intelligemus. Circa A-
QVAM præter ejus consideratam gravitatem &
puritatem diversam examinatam multa notabimus
Paradoxa. Circa JGNEM de eo urente & lucen-
te, iterum de igne lucente non urente sic de
Phosphoro aliisque huc pertinentibus agemus. Cir-
ca TERRAM cum occupabimus, in specie MA-
GNETIS Phænomena considerabimus. Circa
METEORA præter ventum & Iridem alia adhuc
experimenta notabimus. Et qvæ per *Sensus* AU-
DITUM & VISUM eumque posteriorem tum
oculo artificiali tum *coloribus diversissimis* jucunda
sunt, simul adjicientur. Qvo autem docendipariter Me-
thodus pateat, non solis innitar experimentis, sed
Problemata prius exponentur, Rationibus certis

ex

ex principiis explicabuntur, & denique quæ ex
Theoriâ fluxerunt, experimentis confirmabun-
tur.

Ut autem Auditorstudium excitat, sic porrò præ
ter hocce Collegium Experimentale & Curiosum
Physicum, eo vel adhuc durante, vel absoluto pro
temporis ratione aliud Collegium scil. *Anatomicum*
& *Curiosum* pariter privatim instituendum subjun-
gam. In quo præter id quod nobis datum, Omni
Potentem Creatorem nostrum vel ex sola corporis
nostrî mira structura cognoscere, & quod nos
met ipsos, quod sapientiae est, nosse dicamus. Cor
poris nostri moles qua ratione Ossibus quasi trabibus,
& Ligamentis connexis fulcita, Tendinibus præterea
ac Musculis velut per funiculos ac chordas mobilis sit
Porrò per Arterias, Venasq; cum vasislymphaticis in.
numerabilibus ac nervis irrigetur fluidis, Viscera itidē
sibi quasi manus & Promus condus sint, ut ex his
omnibus circulus sanguinis, nostrique corporis
vita aliquandiu perennis esse & hisce cognitis multa
à corpore nostro mala averti possint, addisci pote-
rit. Quæ omnia non tantum summa cum utilitate sed

multa

multa experimentis jucundo spectaculo demon-
strabuntur. Atque haec sunt, COMMILITONES O.
PTIMI, quæ impræsentiarum VOBIS, Vestraeq; cu-
riositati offero, inqve iis me Vobis spondeo du-
cem fidum & Gomitem amicum. Valete,
Dab. Rostochii e museo meo die 18. Septembr.

Ao. M DC XCIIX.


Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



Maria
ope-
ani.
ni.
di.
Jus &
rea
A &
hus
en-
de
Cir-
IA-
erca
auc
U.
um
da
Me
sed
rtis

exprincipiis explicabuntur, & c
Theoriā fluxerunt, experimentis
tutur.

Ut autem Auditorstudium excit
ter hocce Collegium Experimental
Physicum, eo vel adhuc durante, v
temporis ratione aliud *Collegium* f
& *Curiosum* pariter privatim institu
gam. In quo præter id quod nob
Potentem Creatorem nostrum vel e
nostri mira structura cognoscere,
met ipsos, quod sapientiae est, nosse
poris nostri moles qua ratione Ossibus
& Ligamentis connexis fulcita, Tend
ac Musculis velut per funiculos ac cho
Porro per Arterias, Venasq; cum vasi
numerabilibus ac nervis irrigetur flu
fibi quasi manus & Promus condus
omnibus circulus sanguinis, nost
vita aliquandiu perennis esse & hisce
acorpore nostro mala averti possin
rit, Quæ omnia non tantum summa



the scale towards document

e ex
bun-
præ
sum
pro
um
jun-
mni
oris
nos
Cor
bus,
rea,
is sit
is in.
tidē
his
oris
ult a
ote;
e sed

ulta

ex